

polypod.
absinth. vulg.
menth.
artemis.
melissophyll.
betonic.
hyperic.

centaur. minor. an. pondus æquale.

Colliguntur singula eo tempore, quo viribus magis vegeta sunt: dein inclusa chartis siccantur in umbra vel loco quem neque sol neque pluvia pertingere potest, ne vel nimium exarescant, vel situm contrahant. Redacta in pulverem, exhibentur à Drach. j. ad Drach. ij. singulis diebus, cum saccharo vel jusculo, jejuno stomacho, tribus ante pastum horis. Si notabile tempus à morfu inflictio præterierit, assumuntur Drach. iij. Extra: vulnus spongia vel siccis linteolis mundatum & siccatum, cum vino aut hydromelite, in quo hujus pulveris Drach. l. soluta sit, bis vel ter quotidie fovetur.

Hinc referimus proprium & singulare ad hunc morbum remedium à Cornelio Celso literis proditum lib. 5. suæ medic. Projicit agrum neque præscientem, neque prævidentem, in piscinam, atque si natandi peritia destitutus sit, modò immersum bibere concedit, modò attollit; Si verò natandi scientiâ polleat, eum interdum deprimat, ut invitus quoque aquâ satiatur, sicque cum sitim tum & aquæ metum tolli confirmat. Cautionem tamen adjungit: ne a gri corpus, frigida vexatum, nervorum distensio absumat, ipsum à piscinâ extemplo in calidum oleum demittendum svadet. Hoc ex Recentioribus quidam usi fuere, non tamen semper prospero eventu & testantur Baptista Cadronchius l. r. de hydrophobia c. 5. divitem quendam, ex ditione Bononiensi hoc affectu tentatum bis tervè in aquâ demersum septimo die interiisse.

AMULETA Dens caninus à cane, qui momordit avulsus, brachio alligatus. Corium Phocæ, Ursæ.

III.